

IX.

*Gradum sive sulcum palati, palatum ipsum, medullam, & fauces compungere idem prorsus significat.*

X.

*Omnes illa sicca species incidenda ac pulverisanda, quae Potiones, Electuaria, Unguenta, Emplastra & Clysteres ingrediuntur, nunquam non, etiam si non semper expresse inculcetur, tamen in subtilem Pulverem redigantur, priusquam liquidis immiscentur, exceptis solis illis Pulveribus, qui datâ operâ grosso tantummodo sive crasse incidi jubentur, idque ideo, ne ab Equo adeo facile diffentur ac dissipentur.*

XI.

*Clysteres nec nimis frigide, nec nimis calide, sed omnes tepide applicentur, & quidem ita, ut nunquam non ante eorum applicationem Equo manu suâ pinguedine suillâ aut oleo communi perunctâ inque anum Equi intrusâ feces alvi prius eximat.*

XII.

*Circa Potiones omnes Equo in os infundendas in specie monendum, ut studiosè caveatur, ne quid in asperam arteriam fortè irrumpat cum suffocationis periculo: vel si quid in eam irruisset, ne superstes Potionis pars superaffundatur, sed potius Equus illic circumagatur, eique aliâ Potione succurratur, nempe aquâ calidâ oleo rosarum mixtâ sensim faucibus aliquoties instillandâ, & naribus acetum, cui pulegium incoctum sit, aspergatur.*

XIII.

*Inustio omnis rectius fit cupreo quàm ferreo Cauterio.*

XIV.

*Quandocunque Potionem Equo exhibere, sectionem administrare, Cauterium inurere, aut aliam quampiam periculosam Operationem instituire, pro quâ ergastulo equario opus est, animo sedet, Equum semper diligenter vincire & solerter custodire decet.*

XV.

*In omni Asthmate Venesectione exulet, quippe quae in ea summè perniciose esse, ipsamq; Equi internecionem plerunque accelerare solet.*

XVI.

*Sectionem, Ustionem aut Venesectionem administraturum Signa in Calendariis notata diligenter observare, eiq; Equi membro aut parti, cui idem Luna signum dicatum est, eodem die remedium adhibere studiosè vitare oportet, sive sit Cauterisatio, sive Venesectione, sive Sectione, sive Purgatio, sive aliud generosius praesidium.*

XVII.

*Quibuscunque Medicamentorum Formulis Litera W. denotans nomen meum Winteri, appensa est, illas mihi expertas & longâ Praxi probatas esse sciatur.*

IX.

Ist zu mercken / daß wo Staffel / Stern / Gaumen / Rachenstechen siehet / es ein Ding ist.

X.

In allen Recepten da Eingüß / Pottwer / gen / Salben / Pflaster und Clystiren sind / ob schon nicht allemal expresse darben siehet / soll man dasjenige was zu schneiden oder zu pulvern ist / auf das aller subtileste machen / ehe mans mit andern feuchten Ingredientien vermischet / ausgenommen die jenigen Pulver / welche man mit Fleiß gröblich stößt / darmit die Pferde selbige nicht verblasen können.

XI.

Alle Clystir müssen laulecht applicirt werden / nicht zu kalt und nicht zu warm / und ehe man das Clystir applicirt / solle man mit einer mit Schweinem Schmalz oder Baumöl geschmirten Hand / dem Pferd in Hintern greifen / und den Mist heraus raumen.

XII.

Ben allen Eingüssen zu observiren / daß man nichts dem Pferd in die Luftröhren gieße / sonst das Ross jähling ersticken möchte / und so solches etwan geschehen wäre / so solle man nichts näher gießen / sondern das Ross alsbal den darauf umführen / und ihm mit einem andern Trancé zuhülff kommen / als nemlich warm Wasser mit Rosenöl vermischet / und ihm etlichmalu davon sittsam etwas einflößen / die Nasenlöcher mit Essig / darinnen Poley gesotten worden / bestreichen.

XIII.

Alles Cauterisiren ist besser mit Kupfer / nen als eiserne Instrumenten.

XIV.

Ben allen Eingüssen / Schneiden / Cauterisiren oder sonstigen Curen / da es gefährlich ist / und der Nothfall vomöthen / solle man das Ross mit Binden und sonst andern wol verwalten.

XV.

In aller Keelsucht keine Ader zu lassen / dann solches höchst schädlich ist / ja gemeinlich bald der Tod darauf folget.

XVI.

In allen Schneiden / Brennen und Aderlassen solle man die Zeichen und Aspecten des Himmels im Calendar wol observiren / und kein Thier an einem Glied / wann der Mond in seinem Zeichen ist / arzeneyen / es seye gleich mit Cauterisiren / Aderlassen / Schneiden / Purgiren und anders.

XVII.

Ist zu mercken / daß wo der Buchstab W. das ist / Winter siehet / dieselbe Recepten alle in meiner Praxi oft bewehrt befunden worden seyen.